



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Achativs & Soc. MM. 22. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Iunij. VITA SANCTORVM. 311  
gradibus scalam cæli MARIAM salutavit. Hujus  
horas quotidie, Sabbatho etiam jejunus dixit. Ad  
hujus effigiem, quam Florentia ANNVENTIA  
titulo colit, florem virginitatis consecrauit, sem-  
per, dum vixit, intactum, quia HORTO CONCLV-  
SO commiserat. Interim catenas flagelli, calcaria  
cilicij loco, quamvis currenti sponte, corpusculo  
admovebat, vixtus vix unicum appendebat, femi-  
narum & chorearum hostis, Imperatricem, quam  
tres annos quotidie adibat, nunquam aspexit, pre-  
cibus tam ubique addictus, ut loqui eum angulis  
dicerent, rectius Angelis dicturi. Ajebat frequen-  
ter, non videre se, cur non mortales omnes religio-  
ni se emanciparent. Et certè Senis cum ad Sodales  
Marianos diceret, bene multis id persuasit. Ipse,  
cum ASSUMPTÆ VIRGINIS die illa è cælo audisset,  
Societatem IESV ingredens, post longas cum patre  
pugnas, MARIE IESVM junxit. Hunc quotidie  
studererat, in genua pro voluntate vocare; hunc sub pa-  
nis velo latitantem ante & post ludum literatum  
salutare; sacrificiis quinque sedis que minister assistere,  
ad conspectum HOSTIA lacrymis manare; cum  
vero coepulo frueretur, inundare etiam. Itaque  
nullius noxe gravioris sibi concius Angeli no-  
men meruit; ut terra cælum dici posset, si plures  
Aloysios haberet. Ex Virg. Cepario.

Persuasum habe, perinde te Angelis duxum se-  
qui oportere, atque oacum quempiam, qui viarum  
discrimina ignorans, ejus, qui baculo gressum illius  
regit, providentia in omnibus confidit. Ex dictis B.  
Alcyfii.

SS. ACHATIVS & SOC. MM. 22. Iunij  
Q Vate illud cælo spectaculum fuit, cum deca  
hominum millia, pro optimâ causâ & ampli-  
ficani,

sicando crucifixi nomine, crucibus penderent? Dux felicissime multitudinis ACHATIVS fuit, cui contra innumerabilem hostium vim pugnato Angelus victoriam spopondit, si Christiana sacra, à quibus alienus tum erat, cum sociis suscepisset; Placita conditio est, Christum adoravit, pugnabit, vicit: utque Deum deinceps ritè coleret, cum victore exercitu in Araratheim montem secessit, ubi, Angelis magistris, omnes Deum amand rationes felicissimis tytrombus sunt infusa. Quantum profecissent patiendo, quod nobilissimum Christianæ scholæ experimentum est, demonstrarunt. Quinque in eos reges armati sunt, qui cum procellam lapidum primum effunderent, ii Christi Athletas non ausi contingere, in funditores rediere. Flagris cum searentur, terra immanitatem non tulit, totaque intremuit. Quo miraculo permotus Théodorus, cum millenaria cohorte Martyribus accessit, in praecatas sudes müricisque impulsi, viam complanantibus Angelis, nihil cladis acceperunt. Eò denique ventum, ut quod Christus tormenta tulit, in iis repererentur. Et ego spinis redimiti, actique in crucem, per ignis montis spatium pependere optimi maximiq; testes injuriam cruci fieri, cum mala res, & infelix arbor vocatur: periissent, nisi pependissent. Ex Lippel. & Mart. Rom.

*Signum Crucis erit in celo, cum Dominus ad judicandum venerit: Tunc omnes servi Crucis qui se Crucifixo conformaverunt in vita, accident ad Christum judicem cum magna fiducia. Quid igitur times tollere Crucem, per quam intras ad regnum?* Thom. à Kemp. l. 2. c. ult.

S. PAV-